

forem) fructibus perceptis ex melioramentis. fol. 275. n. 190. & seqq.

Expensas necessarias tam bona quam mala fidei possessor deducit. f. 276. n. 294. item expensas utiles que separari non possunt, una cum sua utilitate bona fidei possessor deducit, si dominus ita dives sit, ut solvere possit absque rei sua venditione, secus, manebit dominus possessor obligatus postea, cum primam ex fructibus poterit, solvere. Imo in tribus casibus possit possessor rem retinere, vel dominum cogere ad vendendum, si expensas aliter solvere non possit, nempe 1. Si Dominus rem evictare venale habeat, 2. Si ejusmodi expensas ipsi facturus fuisset, 3. Si Possessor bona fidei abducatur incertus an res esset aliena, antequam adficaretur, denuntiaverit ei, qui se dominum dicebat, iste vero dissimulaverit. f. 276. n. 295.

Malae fidei Possessor in foro externo non permittitur deducere expensas utiles aut voluptuarias, possit tamen ante sententiam in conscientia deducere. f. 276. n. 296. & seqq.

Bona fidei Possessor potest deducere expensas voluptuarias saltem tunc, quando dominus ipse facturus fuisset, aut propterea sit venditorius majori pretio. f. 277. n. 301. & seqq.

In deductionem expensarum computandum est, quidquid fructuum nomine possessor percepit, etiam ante litis contestationem. f. cod. n. 303.

Possessor bona fidei si incipiat dubitare de domino rei, facta diligenti inquisitione sine effectu, non tenetur restituere durante dubio. f. 277. n. 304. & seqq. Imo nec tenetur, etiam si in inquendo commiserit negligentiā irreparabilem, 306. Possit etiam cum tali dubio rem vendere, dummodo moneat emptorem de periculo evitacionis, & ob tale periculum vilius vendat. 307.

Siquis dubia fide posset, sed auctor, à quo rem habet, erat bona fide, gaudet bona fide auctoris, f. 278. n. 308. Si vero auctor etiam fuit dubius fidei, & dubium est circa determinatam personam, debet pro ratione dubij restituere illi persona: si circa incertam personam, debet eo modo restituere, quo debent alia bona incerta restituiri. n. 309. de quibus vide, *Inventio*.

Possessionis Remedia videnda sunt sub V. *Inventio*, & *Spoliatio*.

Possessor mala fidei ullo tempore non prescribit. f. 433. n. 182. vide plura: *Præscribentis bona fides*.

*Possessio Bonorum*, vide, *Bonorum Possesso*.

#### Tomo 5.

Possessorium Judicium aliud est Ordinarium, aliud Summarium, quod & Momentaneum vocatur, & ab eo non admittitur appellatio. f. 364. n. 392.

#### Posthumus.

##### Tomo 2.

Posthumus non solum est ille, qui post mortem testatoris natus est, sed etiam ille, qui post factum testamentum vivo testatore, vel per adoptionem fit filius. f. 98. n. 435.

Posthumus alius dicitur *Suus*, alius *Alienus*, alius *Quasi Posthumus*. Suus est, qui in proximo gradu & in potestate defuncti fuisset. Alienus, qui non fuisset, ut natus ex filio emancipato, vel nepos ex fratre. cod. Quasi Posthumus, qui natus ante factum testamentum fit suus post testamentum. f. cod. n. 436.

Posthumus quomodo rumpat testamentum, vide, *Testamentum ruptum*.

Posthumus quomodo instituendus heres, vide, *Institutio posthumii*.

#### Præceptum.

##### Tomo 1.

Præceptum seu Mandatum differt à Legi, quod feratur ad personas singulares. f. 2. n. 2.

Præceptum aliud est Negativum, aliud Affirmativum. Negativum, quod eo modo quo obligat, pro omni tempore obligat, & potest illi satisfaci sine omni actu, sola omissione, quia est prohibitorium, & peccatum oppositum est Commissionis. Affirmativum certum actum præcipit, & peccatum est Omisionis. f. 91. n. 128.

#### Prælatus.

##### Tomo 1.

Prælatus in Religione non potest delictum Subditum ad se tanquam Patrem datum, per se loquendo, alijs manifestare, nisi cum cautelis & limitationibus quæ ad longum referuntur. f. 174. n. 550.

#### Præscriptio.

##### Tomo 1.

Est Adjectio seu Acquisitio Domini per Continuationem possessionis, tempore & modo Legibus definito. f. 428. n. 157.

Præscriptio suam vim habet non solum in foro externo, sed etiam interno. f. 429. n. 168.

Præscriptionis introducenda finis non erat unicè, Punire negligentiam dominorum, sed præscindere lites, & reddere Dominum Certi; unde procedit etiam contra dominum inculpabiliter ignorantie. f. cod. n. 165.

Præscriptionis acquiritur dominum non solum utile, sed etiam directum. f. 429. n. 168.

Qui post absolutam præscriptionem ex Juris ignorantia restitut rem præscriptam, non amittit dominum, sed potest rem vindicare, imo habet etiam ex aequo & bono conditionem indebiti. f. 451. n. 175.

Ad præ-

Ad præscribendum quatuor conditions requiruntur. Bona fides. Justus Titulus. Res non vitiosa. Continuatio possessionis certo requisite tempore. f. 432. n. 178. De quibus singulis nunc scimus.

Præscribentis bona fides, & ignorantia rei alienæ.

Bona fides requisita ad præscribendum, est Scientia, bona circa Possessionem rei alienæ tanquam sua ex ignorantia. Nec ad inchoandam præscriptionem sufficeret dubium negativum. f. 422. n. 179. Neque etiam sufficeret error circa personam, si sciam esse alienam, ut præscribam contra verum dominum quem ignoro, vel puto non esse illius. n. 180.

Non obstat tamen bona fide respectu unius juris præscribendi, si sciam jus alterius in eadem re, quominus præscribam jus bonæ fidei possessorum. f. 433. n. 181. ubi exemplum.

Jure Civili requiriunt solum in initio bonam fidem, derogatum est per Jus Canonicum, quo tota possessionis tempore bona fides requiriunt, saltem ut excludatur mala fides, seu scientia rei alienæ. f. cod. n. 182. ubi declaratur Regula: *Possessor male fidei ullo tempore non prescribit*.

Datur Præscriptio mindi propriæ, quæ quidem requirit, ut nihil fiat contra conscientiam, sed stat cum scientia juris alieni. Sic præscribit actio conveniens ex lege penali: merces fisco commissi ob non solutum vecigial: libertas adversus Servitutes rusticas: actio redhibitoria: & probabilitate libertas adversus usumfructum jam constitutum. f. 433. n. 183. & seqq.

Ignorantia fundans falsam opinionem, rem esse nostram, alia est ignorantia Juris, alia Facti. Illa est, quando ignoro quid Jure statutum sit circa actuum, quem volo celebrare, ut valeat. & hec iterum duplex, alia est ignorantia juris indubitate, alia juris dubii. Ignorantia Facti est, quando nescio id quod in facto consistit, v.g. quid hiest pupillus. f. 434. n. 187.

Leges Civiles admittentes præscriptionem cum mala fide, abrogata sunt prototo Imperio, etiam quoad præscriptionem actionum personalium. f. 435. n. 191. & seqq.

In certis quibusdam personis sufficit ad præscribendum tempore ordinario, bona fides ex ignorantia juris manifesti & indubitate, nempe in quibus jura tolerant hanc ignorantiam, ut sunt milites, minores, quandoque rustici, mulieres. f. 436. n. 197. In alijs ignorantia Juris non juvat præscriptionem, quando non sufficit titulus præsumptus, sed allegari debet titulus coloratus. n. 198.

Præscriptioni longissimi temporis ubi sufficit titulus præsumptus, non obstat ignorantia Juris, etiam postea innoveretur. f. 437. n. 203.

Juris dubij ignorantia, seu error circa illud, non impedit præscriptionem qua titulum requiri. f. 438. n. 206.

Mala fides auctoris theologia, obest successori saltem immmediato universali, de jure communis, adeo ut nec incipiendo à propria possessione possit præscriptionem completere, prout tamen potest Jure Bavaroico. f. 438. n. 208. Probabiliter tam non nocet mediato successoris. n. 209. & seqq. Neque etiam, si in immmediato successore superveniat novus titulus. f. 439. n. 213.

Mala fides auctoris obest etiam præscriptioni longissimi temporis. f. 439. n. 214.

Mala fides auctoris nocet quoad res immobiles etiam successoris proximo singulare, si rem alienavit auctor ignorantie domino, loquendo de præscriptione ordinaria, non item longissimi temporis. f. 433. n. 215.

Bona fides auctoris prodest successori tam universalis quam singulare, ita ut possit computare tempus possessionis auctoris. f. 440. n. 218.

Quæ dicta sunt de mala fide auctoris ut nociva successoris, procedunt etiam in communitate respectu posteriorum, aut successorum. f. 440. n. 219.

Administratoris mala fides, non nocet illi, cuius bono administratur. f. cod. n. 220.

#### Præscriptionis Tituli.

Titulus in materia Præscriptionis, est Causa ex suo genere habilis ad transferendum Dominium. f. 441. n. 221.

Titulus huiusmodi est triplex. Coloratus, v.g. venditio facta à non domino: Existimatus: nempe opinio probabilis, quod titulus, v.g. venditio, vel donatio intervenierit: Præsumptus, ob tempus diuturnitatem. f. 442. n. 222.

Ad præscriptionem tempore ordinario, allegrandus titulus determinatus, & nullus præsumptus. f. 442. n. 223. Non requirit tamen (excepto emptionis titulo) coloratus, sed sufficit existimat. f. 442. n. 224.

Servitutes, talitem reales continet, hoc est, habentes actum continent, ut aqueductus, fugrandij, præscribuntur tempore ordinario sine titulo, loco cuius est scientia & patientia dominii. f. 442. n. 225. In discontinuis Jure Bavaroico titulus allegrandus est, quod etiam dicendum videtur de Jure communis. 226. Ususfructus nunquam sine titulo præscribiatur tempore ordinario. 228.

Ex titulo præsumpto absolvitur præscriptio 30. vel 40. annis, quæ dicitur possessio longissimi temporis,

poris, & vocatur præscriptio extraordinaria. fol. 442. n. 229. Requiritur tamen ut talis possesso non sit à Jure prohibita, & jus non refutat, nec sit aliunde præsumptio mala fidei. Si tamen contra resistentiam legis per tempus immemoriale quis possidet bonâ fide, nec de injusto titulo conseruit, fiet præscriptio. fol. 443. n. 230. & seqq. Si constaret de titulo vitioso, præsumetur ex eo possidere, quod de Jure Bavar. certum, de Jure communis probabilitus. n. 232.

Ad præscribendum ordinario tempore extitudo existimato emptionis, non sufficit rem mihi tradiri ex opinione facta venditionis. fol. cod. num. 233. sufficit tamen, si illi qui mandatum habuit omendi, dixerit se meo nomine emisse. n. 234.

Qui emerit rem alienam à pupillo cum ignorantia juris, non præscriberet ordinario tempore. fol. 444. n. 236.

Titulus *Pro Suo*, specialis tunc est, quando res aliena à nobis bonâ fide possidetur ex aliqua causa, qua ad alios speciales titulos nominatos non pertinet. fol. 444. n. 238.

Titulus *Pro Soluto*, specialis est, quando mihi res aliena datur, quasi debita solvarur. fol. cod. n. 240.

Titulus *Pro Donato*, est etiam sufficiens ad præscribendum. n. 241. Ex hoc titulo potest filius usucare rem alienam à patre sibi donatam, morte accidente. n. 242.

Titulus *Pro Herede*, hoc loco convenit illi, qui verè est heres, & non alienam in hereditate inventam tanquam hereditariam possidet. f. 445. n. 243. Imò sufficeret, si quis julio errore pro herede haberetur, non tamen sufficeret, si quis putaret, se heredem esse illius, qui necdū defunctus est. n. cod. Etiam Heredes sūi possunt res alienas in hereditate repertas usucare. n. 244. Tunc autem potest titulus pro Herede allegari, quando heredi non conseruit, ex quo titulo, & an bonâ vel mala fide possederet defunctus: tunc enim præsumitur possidere bonâ fide donec contrarium probetur. fol. 446. n. 249. Probabile est, in illis etiam casibus huius titulo locum efficere, quibus defunctus rem alienam non suo, sed alieno nomine possedit, quia in defuncto nullum vitium fuit. n. 251. & seqq.

Titulus *Pro Legato*, sufficit ad præscribendum rem alienam legatam. fol. 447. n. 245. Imò usucare potest res legati nomine tradita, bonâ fide possessa, cito adhuc vivat, qui putatur legatus. num. 254. aliter se res habet in donatione mortis causâ. 255.

Præscribentis Possessio, ejusque tempus varium.

Possessio naturalis sine civili non sufficit ad præscribendum, imò nec ad inchoandam præscriptionem. Civilis tamen sine naturali sufficit. fol. 448. n. 256. & seqq.

Regula generalis est ad omnes præscriptions, quod Possessio debeat fuisse per certum à Jure constitutum tempus Continuata, & nunquam interrupta intra illud tempus: quamvis post factam interruptionem possit iterum inchoari. fol. cod. num. 261.

Contra absentes plerunque plus temporis requiruntur. Absentes autem hodie censentur, qui in diversis territorijs diversum Judicem habentibus, domicilia habent, cujusmodi plerunque erunt diversa Civitates, habentes suos Gubernatores, aut Consules, inuidetate supremo Principi subiectos. fol. 449. n. 263.

Præscriptio alia dicitur Longi temporis, nempe Decem annorum inter præsentes, 20. inter absentes. alia Longissimi temporis, nempe 30. vel 40. ann. alia Centenaria, alia Immemorialis: quamvis ex speciali privilegio denaturalia præscriptions intra 40. & 100. annos, & aliquæ infra decennium, trium, quatuor annorum. fol. cod. n. 264.

Pro rerum & circumstantiarum diversitate diversum possessorum continue tempus requiruntur, quod tamen non de momento in momentum, sed de die in diem computatur. fol. cod. n. 266.

### Præscriptio Triennalis.

Res mobiles quantumvis pretiosa privatorum cum titulo præscribuntur Triennio. fol. 450. n. 268. Quod etiam de rebus Ecclesiasticis inferiorum, non tamen Romanæ, spectato Jure scripto, procedit. 270. Sine titulo, spatio 30. annorum. 272.

De triennali præscriptione Beneficiorum, exstat Regula Cancelleriarum 33. in qua requiruntur octo conditiones. 1. Bona fides. 2. Possessio. 3. Pacifica. 4. Triennium. 5. Ut sit Ecclesiasticum beneficium. 6. Titulus coloratus. 7. Non sit Simoniaca. 8. Non sit intrusus. fol. cod. n. 273. & seqq. ab his conditiones declarantur. Hæc præscriptio Beneficii reddit securum in conscientia, ut verius titulum præscribat, & Jus prioris extinguat. n. 284. & seqq.

### Præscriptio Quadriennalis, vel Quintennialis.

Res Fiscales, seu mobiles seu immobiles, vacantes & denuntiate, contra Fiscum Secularem præscribuntur spatio 4. annorum. fol. 453. n. 290. Contra Fiscum Ecclesiæ inferioris. 40. annis, Romanæ 100. annis. Res non denuntiate spatio 5. annorum. n. 292. Hæc autem intelligenda sunt de rebus singulatibus empis à Fisco, quod scilicet dominus aut creditor non possit emptorem convenire, sed fiscum: aliter se res habet in emptore hereditatis. n. 293.

Quinquennialis præscriptio procedit contra actionem Fisco competentem ob non solutum vestigal. fol. 454. n. 294.

### Præscriptio

### Præscriptio Longi temporis.

Res immobiles privatorum cum titulo præscribuntur intra præsentes decem annis, inter absentes viginti, sive res sint in diversis, sive in eodem territorio. Jure Bavarico ex titulo emptionis inter præsentes quinquenalia, inter absentes decennia. fol. 454. n. 295.

Si dominus partis præsens partim absens fuit, totanni adiunguntur decem annis, quot absens fuit. n. 296.

Excipiuntur à prædictis Res Minotum, quæ non præscribuntur tam mobiles quam immobiles nisi spatio 30. annorum. fol. 454. n. 297. & seqq.

### Præscriptio Longissimi temporis 30. 40.

100. annorum, & Immemorialis.

De rebus Minorum jam dictum est, non præscribi nisi spatio 30. annorum. In reliquis

Quando decennalia Præscriptio cessat, succedit præscriptio longissimi temporis 30. annorum. fol. 455. n. 299.

Immobilia contra inferiores Ecclesias cum titulo præscribuntur spatio 40. annorum. Contra Romanam, & quoddam alias privilegiatas, spatio 100. annorum, sicut & res Civitatum in certis casibus. fol. 455. n. 299. & seqq. ubi referunt unus casus exceptus. Ad has omnes probabiliter requiritur titulus. n. 304.

Cum Centenaria præscriptione male confunditur Præscriptio immemorialis: de qua legenda que referuntur fol. 459. ubi etiam, quomodo sit probanda.

Fœdura potest tempore immemoriali præscribi, quando fuit alienatio invalida ex defectu consensus domini. fol. 305. num. 823.

### Præscriptio Servitutum, Actionum, & Obligationum.

Servitutes tam continuæ quam non continuæ, præscribuntur inter præsentes decem annis, inter absentes, viginti, cum titulo quem quis habet à putativo domino, nec est necesse ut verus dominus sciverit. fol. 456. num. 305.

Servitutes continuæ etiam sine titulo præscribuntur decem annis. Servitutes discontinuae sine titulo non præscribuntur nisi tempore immemoriali. fol. 457. num. 311.

Ulfusfructus & usus præscribuntur cum titulo existimato sicut alia res longo tempore, h. e. decennio, sine titulo spatio 30. annorum. fol. cod. num. 315.

Debita rerum mobilium æquæ ac immobiliunt præscribuntur cum bona fide contra Creditorum 30. annis. Excipitur actio hypothecaria. si enim hypothecaria possideatur ab ipso debitore vel hereditibus ejus bona fide tanquam libera, requirantur.

tur 40. anni: si vero possideatur à tertio, requiruntur solum decem anni inter præsentes. fol. 458. n. 317. & seqq.

### Præscriptio Delictorum.

Omnis accusatio criminalis præscribitur spatio 20. annorum. idem de Inquisitione dicendum. Nec contra hanc præscriptionem datur Minoribus restituendum in integrum, & tempus currit à die commissi criminis. fol. 459. n. 320. & seqq. & tomo 6. fol. 70. n. 317. & seqq.

Accusatio adulterij, stupri, incestus, lenocinij, & quorundam aliorum, tollitur quinquennio. fol. cod. n. 324. idem de criminis peculatiis. n. 326. & plura tomo 6. fol. 72. n. 317. & seqq. ubi vide exceptions.

Exclusio apostafæ perpetuò durat. fol. cod. n. 315. sicut & particidiij. n. 327. & to. 6. fol. 73. n. 63. & supponiti partis. to. 6. fol. 74. n. 67. Item laeti Majest. & quoddam alia. num. 69.

Ex omnibus delictis datur Exceptio perpetua. fol. 460. num. 327.

Plura de his vide, *Delictum*.

### Præscriptionis Interruptio.

Præscriptio bonâ fide capta, non interrumpitur superveniente dubio, quia melior est conditio possidentis. Est autem duplex species interruptio: Naturalis & Civilis. Naturalis, quando post inchoatum aliquid ex substantialibus deficit, ut bona fides, titulus, possessio, capacitas. Civilis fit per Juris auctoritatem & fictionem, ut per sententiam. fol. 460. n. 328. & seqq.

Si titulus reficitur, ut sit in pacto communiori, & addicione in diem, interrumpitur præscriptio. fol. cod. n. 320.

Item interrumpitur amissionem possessionis civilis, quod etiam fit, si quis rem quam possidet, pignori dat domino rei. fol. cod. n. 321.

Civiliter interrumpitur per sententiam, litis contestationem, & quandoque per citationem. fol. cod. n. 322. & quidem per litis contestationem interrumpitur etiam respectu illius, cum quo litis capta est, non tamen respectu tertij, cum quo nulla actio est. fol. 461. num. 335.

Triennalis præscriptio non interrumpitur litis contestatione, sed abolivit etiam litis durante. fol. 461. n. 326.

Præscriptio longi temporis cum titulo non interrumpitur citatione, sed litis contestatione. fol. cod. n. 327.

Auctore desistente à lite absque dolo, nihil minus conferuntur interrumpita præscriptio. 328.

Solā citatione interrumpuntur præscriptiones in propria, n. 329.

Jure Bavarico semper interrumpitur præscriptio ad instantiam partis emanatam, & reo infinitam. & multorum opinione hodie universum libelli obligatione. eod.

Auctore

Astore succumbente, censetur Præscriptio non interrupta fuisse. fol. 462. n. 340.

Astore sine dolo item deferente, & instantia per lapsum triennij perempta, durat interruptionis effectus hoc sensu, ut actio ad 40. annos perpetuetur. fol. & nu. cod. Quodsi res interim fuerit alienata, interruptio successori singulari non nobisit, quominus possit præscriptionem inchoare, & ordinario tempore absolvire. n. 341.

Si pacto aut transactione à lite recedatur, perinde est, ac si his nunquam mota fuisset. fol. 462. num. 342.

Per Excommunicationem Bullæ Cœnæ, non interrupitur præscriptio detinimenti bona fide bona Ecclesiæ. fol. cod. n. 343.

Non conceditur restituere in integrum Majoribus, qui ex invincibili ignorantia rem suam non repeterunt. fol. cod. n. 345.

### Præscriptionis Dormitio.

Dormitio seu Interquiescentia Præscriptionis est, quando cursus sistitur, sed elapsa tempora cum posterioribus conjunguntur. Sic dormit Præscriptio contra Ecclesiæ tempore Sedis vacantis, & Schismatis: contra alios tempore pestis, belli. item dum precario conceditur alteri res prædicti benda. fol. 463. n. 349. & seqq.

### Præscriptionis Materia Incapax seu Vitiosa.

Res que præscribi non possunt, dicuntur vitiosæ, aliquæ ideo præscribi non possunt, quia non sunt capaces conditionum requistarum, ut: Res sacra, Religiosa, Publicæ, & extra commercium posita, homo liber. fol. 464. n. 354. & seq. Aliæ ob Legis resistentiam præscribi non permituntur: & imprimis Decima, ut Laicis debeat, nisi tempore immemorialis. 356. Immunitas tamen à Decimis præscribi potest cum titulo 40. annis: de annuis censibus & redditibus dicitur præscribi posse spacio 30. annorum. 358. quod tam de præteritis quæ futuri intelliguntur. n. 359.

Fundus dotalis non præscribitur ordinario tempore 10. annorum, nisi præscriptio incepisset, antequam esset dotalis. fol. 465. n. 361. idem de mobiliis. n. seq.

Neque præscribuntur res, quæ testamento prohibentur alienari. n. 363.

Nec bona adventitiae aliorum in quibus pater habet usumfructum & administrationem. n. 364.

Neque res pupillares, computando tempus pupillaris astatim, ne quidem longissimo tempore. n. 365. Nec res Minorum tempore ordinario. 366.

Nec res furto aut vi ablatæ, quamdiu virtutum non purgatur per redditum ad dominum, vel successionem. fol. 466. n. 367. quod revocantur etiam quæ contra legem Repetundarum dantur Judici, & deinde ad tertium bona fide possessorum perseve-

niant. n. 368. Si non est res ablatæ furto formaliter, sed æquivalenti, dubium est, & utrumque probabile. n. 369. ubi vide casum.

Pignus à debitore Creditori ablatum, potest quidem à tertio præscribi quoad proprietatem, sed non quoad actionem hypothecariam, nam ut sic est futurum. fol. 466. n. 371.

Partus ancilla futuræ bona fide possessa, & apud possessorum conceptus, præscribitur. fol. cod. num. 373. Quod futuræ nihil interest, fueritne conceptus apud furem, aut dominum pecudis, vel apud bona fide possessorum, ac proinde vitium non attenditur. 375.

Non præscribuntur quæ convenientiunt Principi quæ tali in recognitionem supremæ potestatis. fol. 467. n. 377.

Dicefanæ non possunt præscribere contra Episcopum, ne visitent, aut procurationem solvere teneantur. cod. Nec fines Diaœleson, aut Parochiarum, aut Provinciarum, si de illis constat. fol. 468. n. 378.

### Præscriptionis Rescissio.

Vide, *Rescissoria actio.*

### Præsumptio.

Tomo 5.

Præsumptio est anticipata de re dubia opinio; ex argumentis, indicijs & conjecturis per rerum circumstantias plerunque evenientibus sumpta. fol. 392. n. 622.

Possunt in eadem causa esse præsumptiones sibi contrariae, quo cau potenter est à Judice prærenda. fol. 393. n. 527.

Præsumptio Hominis & Juris in eo differunt, quod hac sit Legibus approbata, contra quam non licet Judici arbitriari, vel ab ea abstinere: prior autem Judicis arbitrio committatur. fol. 394. num. 628.

Præsumptio Juris tantum seu simpliciter est: animi Legislatoris ad verisimile applicatio, onus probandi transferens in eum, contra quem est præsumptio, & si contraria non probetur, præveritate habetur. n. 629. ubi exempla.

Præsumptio Juris, *de Jure*, est: Dispositio Legis aliquid præsumt, & super præsumptio tanquam sibi comperto statuentis. n. 631. Hujusmodi sunt illæ, super quibus Lex fundat probationem plenam. n. 632. ubi exemplum.

Illa præsumptio (ceteris paribus) est altera fortior, quæ pugnat pro valore actus. fol. 395. n. 634. ubi vide limitationes.

Præsumptio fundata in illis quæ sunt de substantia actus, fortior est illæ, quæ fundatur in defecta voluntatis. n. 635. ubi exemplum.

Præsumptio pro parte benigniore, prævalit præsumptioni contrariae. cod.

Præsumptio quod quis voluerit operari secundum Jus commune, cum si voluisset, potuisse operari

operari secundum privilegium seu Jus speciale, prævalit huic posteriori. n. 636.

Præsumptio specialior prævalit præsumptioni magis generali. cod. ubi exemplum.

Præsumptio fundata in naturali impotentiæ, prævalit præsumptioni fundata in humanis conjecturis. f. 396. n. 637.

Præsumptio conducens ad maiorem animæ & salutis securitatem, prævalit contrariae. cod.

Quamvis Præsumptio Juris & de Jure, regulariter non admittit probationem in contrarium, Ju dicalis tamet confessio adverfarj cam infirmat. f. 396. n. 638. Imò probabilius etiam extrajudicialis deliberata, & altoquin idonea ad probandum. n. 640.

Contra præsumptionem Juris & de Jure admittitur probatio per indirectum. num. 641. ubi exempla.

Quando contra præsumptionem juris & de jure Leges admittunt probationem per Instrumentum authenticum, admitti etiam debet probatio per quinque Testes. f. 397. n. 642. Non sufficent tandem duo testes, quantumvis Legales. n. 643.

Ne quidem ante latam sententiam admittitur probatio contra præsumptionem Juris & de Jure. n. 644. Neque etiam appellare potest, qui talem præsumptionem non potest per indirectum enervare. n. 645.

Si pars adversa cui favet præsumptio, probatio nil opponetur, prodebet probations. n. 647.

Qualitas quæ naturaliter inest homini, semper adesse præsumitur. f. 398. n. 648. & seqq. ubi per trædecim exempla declaratur.

Qualis res est, & talis per naturam manere potest, præsumitur non mutata. f. 399. n. 649. & seqq. ubi per decem exempla declaratur.

In meliore partem semper presumendum est, quando actus est ex se indifferens: unde nunquam capitur præsumptio delicti. f. 400. n. 652. & seqq. ubi tredecim exemplis illustratur.

### Prævaricatio.

Tomo 6.

Prævaricator in Jure dicitur, qui, proditæ sua causâ, partem adverfam doloso malo adjuvat. Item qui publico iudicio dolosè & simulante accusavit. f. 181. n. 533.

Punitur cæ peccata, quæ punitus fuisset, qui per prævaricationem absolutus est. cod.

Procurator ob prævaricationem parti sue Læsa satisfacere cogitur, & ad numellas positus, virgis cœsus relegatur. cod.

### Præventio.

Tomo 5.

Præventio est Jurisdictionis appropriatio sibi soli, in causa que principaliter & in actu primo

*Chri. Haun. Reperi.*

pluribus competebat. Non potest autem actor inter hujusmodi Judices variare, nec potest curare citari reum ab utroque Judice. f. 71. n. 522.

Præventio inducitur citatione. f. 72. n. 523. & t. 6. f. 24. n. 111. & seqq. per totum. §. 2.

Tomo 6.

De Jute communii Ordinarius posset prævenire Delegatum, antequam littera delegato esset presentata, & causa avocata. Sed in Criminalibus aliud observarur. f. 24. n. 105.

Judex inferior, si Jurisdictionem à Superiori accepit, illum prævenire non potest, quia habet ius avocandi causam. n. 106.

Habens ius limitatum ad cognoscendum solum incidenter de delicto, potest Ordinarius prævenire & ab eo præveniri. n. 107.

Judex competens non potest præveniri ab eo cuius Jurisdictione protegata est, si potest per Inquisitionem procedere. n. 108.

Præventus per Inquisitionem, non prohibetur procedere per viam accusationis. n. 110.

Præventus non potest se amplius ingerere, ob consolidatam Jurisdictionem in præveniente: & citatus non potest amplius nutrare forum in præventionem prævenientis. f. 25. n. 116.

Præventio respectu unius correi, extenditur ad ceteros correos. n. 117.

Si reus apud Prævenientem esset contumax, posset apud præventum accufari. f. 26. n. 118.

Hæres delinqentis debet causam prosequi apud Prævenientem. n. 119.

Præventio non habet vim, si dolo aut fraude Rei est procurata. n. 122.

Si in delicto Mixti fori reus non esset sufficenter punitus à Judice præveniente, posset à prævento causa denouo cognosci & reus puniri. n. 123. ubi exemplum. Quodsi præna delicti esset arbitria, quæcumque præna iniuncta debet reus cœssi sufficenter punitus. f. 27. n. 125. nisi dolo aut latâ culpa præna levor esset iniuncta. cod.

### Precaria.

Tomo 3.

Germanicæ, Herengnus, live Greys Stiff, habet rationem Contractus de quinquennio in quinquennium renovando, in quo differt ab Empytheus, prout communiter concedi solet. f. 244. n. 580. & tomo 4. f. 248. n. 773.

Jure Bavario constitutum est, ut Dominus directus possit singulis annis Precariam à Colono, cum vicisitudinam tamen solutione pretij pro hujusmodi iure expensi, revocare. cod.

Tomo 4.

Precaria sunt Jure Canonico introductæ, quando aliquid conceditur vel in perpetuum, vel ad vitam accipiens, aut ad tempus certum seu breve,

seu

seu longum, ante quod non potest revocari, si fuit rationabiliter concessum, benè tamen si irrationabiliter. f. 248. n. 773. ubi vide varios modos constituti Precariam.

### Precarium.

Tomo. 4

Precarium est conventio, quā quis roganti rem gratis utendam concedit, nullo utendi vel fine vel modo prescripto, hoc est, tamdiu, quamdiu concedens patitur. f. 246. n. 767.

Posset concedens etiam absque rationabili causa revocare, dummodo à principio dolus abfuerit. f. 247. n. 768.

Potest Precarium ad certum tempus concedi hoc sensu, ut finito v. g. mense finitum sit precarium, intra mensem tamen sit integrum revocare. Quod si clauso mense perget alter detinet, nec concedens repetit, confertur tacito consensu extendi: & si de novo roget, prorogatur absque nova traditio. f. cod. n. 769.

In Precario transit Possessio, sed revocabilis, naturalis, sed civilis manet apud concedentem. f. cod. n. 770.

Possunt etiam Jura incorporalia possideri precario. cod.

Possidenti sola culpa lata praestanda est. f. cod. n. 771.

Precarium finitur per mortem rogantis, adeoque ad haereses non transit: non finitur tamen morte concedentis, sed transit ad haereses donec revocetur. f. 247. n. 772.

Concedenti competit Interdictum Restitutum de Precariis. Item actio Prescriptis verbis. cod.

### Premium.

Quotuplex sit premium, & qua illius licita variatio, vide, Emptoris iustum premium.

### Primitulus.

Tomo. 1.

Est Centurio annona inter milites distribuenda Prefectus, qui ratione fisci obligatur filio, & non solum illius, sed etiam uxori eius bona in defectum bonorum mariti sunt fisco oppignorata, & fiscus mulieris praeferatur. f. 388. n. 444.

Prioritatis seu Prælationis ordo inter Creditorum.

Tomo. 1.

Quando res aliqua in individuo determinato est obnoxia restitutio, & dominium illius maneat penes creditorem, omnibus creditoribus quantumvis privilegiatis preferendum est creditor. f. 145. n. 401. Quodsi dominium est penes debitorem, creditor non gaudet privilegio prælationis aut tacita hypothecaria præcisè ex eo, quod illa res, v. g. equus venditus sed non traditus, debetur. 402.

Non habent debita ex delicto aliquod Jus prioritatis respecu debitorum ex contractu. 403.

Creditor ex contractu oneroso, praferendum est creditori ex contractu lucrativo, seu gratuito. 404. Seclusis alijs privilegijs.

Seclusis alijs privilegijs, creditor cuius debitum est antiquius tempore, probabiliter est posteriori praferendum, ita statuente Jure Canonico, quidquid si de jure civili. 405. de quo infra. n. 419. Si tamen posterior Creditor ante priorem petret suum debitum, & in judicio obtinet sententiam, ut posset, acqueret privilegium prælationis. f. 146. n. 406.

Ex bonis certis, quorum dominus nescitur, nec sciri potest, teneret debitor solvere creditoribus certis, appropriando sibi illa bona tanquam deraffa. f. eod. 407. nisi Lex applicuisse causis pijs. 409.

Creditoribus incertis habitibus tantum Jus personalis, praferendi sunt Creditores certi. f. eod. n. 408.

Debitore defuncto, primo loco solvenda sunt expensis funerale, item pro conscribendo Testamento, faciendo Inventario & similibus. f. cod. n. 409.

Secundo loco veniunt Creditores hypothecarij, & p̄tū solvendum hypothecarij antiquiori, nisi posterior alio privilegio gaudeat, quod etiam de generali hypotheca dicendum. f. cod. n. 410. Excep. 1. Creditore, cum quo convenitum est, ut ex cuius pecunia præmium hypothecatum comparatum est. 2. Qui mutuavit pecuniam ad reficiendam rem jam antē hypothecatam, qua aliquin periret. 3. Qui mutuavit pro merciū vētū, vel conductione cedim in quibus merces asservantur, qua jam antē oppignorate erant. 4. Mulier in dote præfertur omnibus creditoribus prioribus, saltem qui solum tacitam habent hypothecam. An etiam habitibus expressam, vide, Dots. in prioribus verò casibus Hypothecarius præfertur prioribus etiam expressam hypothecam habitibus. f. 147. n. 411. Antiquiores quamvis tacitam solum hypothecam habentes, præferuntur posterioribus etiam expressam habitibus, excepta dore, & pecunia pupilli, quā res hypothecata empta est. 412.

Qui pro debitore solvit antiquiori hypothecario, non propter ea succedit in Jus prioritatis illius, nisi in duobus casibus, nempe. 1. Si creditori ipso solvere eo paeto, ut in ejus locum succederet. 2. Si pignus emerit à debito eo paeto, ut premium ad creditorem perveniret, & reipsa pervenit. f. 147. n. 414.

Si debito solvitur posteriori creditori, & non ex Judicis sententia, sed sponte, prior creditor habens hypothecam, potest à creditore posteriori solutum repetrere. Secus si solum fuit privilegiatus personalis. f. 147. n. 415.

Tertio

Tertio loco veniunt solvendi creditoris non habentes quidem hypothecam, habentes tamen speciali privilegio sibi obligatam personam debitoris, quibus solvendum est ante Chyrographarios. f. 148. n. 416.

Quarto loco veniunt Chyrographarij, hoc est, carentes omni jure prælationis ex titulo onero. Quinto loco, ex titulo gratuito. Quibus solutis, quod reliquum est, pro hereditibus est quoad suam legitimam, vel Falcidiā detrahendam, ac denique pro Legatarijs. f. cod. n. 417.

Inter Creditores personales privilegiatos, qui tertio loco ut dictum est, veniunt, ex communī interpretum Juris Civilis, non habet locum Regula, Qui prior est tempore, potior est iure. f. eod. n. 419. Quod quidem de Jure Civili procedit, sed de Jure Canonico aliud dicendum videtur, dictum est supra. n. 405.

Potest alius propriā auctoritate imponere hypothecam tempore posteriore, cum jure prælationis ad antiquiores hypothecas. f. 148. n. 421.

Inter Legatarios præcisè quā tales, nulla est observanda prioritas, si testator nullam instituit, nisi presumptio gravis est et de intentione testatoris, v. g. quod Legata pia voluisset præ alijs solvi. f. 149. n. 423.

Ordo prioritatis observandus Jure Bavaro. re fertur. f. 149. n. 422.

Plara vide: Hypothecæ legales.

### Privilegium.

Tomo. 1.

Privilegium est Lex privata, aliquid Speciale concedens. Semper ita accipendum est, si fieri possit, ut aliquem Favorem jure communī non clare tributum tribuat. f. 29. n. 153. Semper habet durationem notabilem, & ad plures actus conceditur. 154.

Dividitur 1. In Reale, & Personale. Illud immediatè inheret rei, loco, conditioni, dignitati, officio separabili à privilegiato. Istud immediatè inheret individuo persona determinata. f. 29. n. 156. ubi exempla.

Privilegij Realis subjectū aliud est Corporeum, aliud Incorporatum. f. 29. n. 159. ubi exempla.

Privilegium Reale à Personalis non potest per universalem regulam ex unica capite discerni. Non ex verbis directis ad personam singularem, vel ad rem, aut dignitatem. f. 29. n. 158. Nec universim ex Materia. 159. Nec universim ex motivo ultimum impellente. eod. Itaque & verba, & res, & causa considerari debent, & ex simili sumptus judicandum de intentione conferentis. Si adhuc dubium, tunc si sit purè favorable, nulli grave, nec contra Jus commune, censendum est reale, secundum personale. 160.

Dividitur 2. In merè Gratiosum & Remuneratorium. f. 30. n. 161. Privilegium Remuneratorium

Chris. Haun. Repert.

potest etiam esse reale, & tale censeri in dubio quando transmissio ad successores est bona privilegiata, neque talis transmissio excedit merita. 162.

Dividitur 3. In Purum & Conventionale: & hoc potest etiam esse personale. f. 30. n. 163.

Dividitur 4. In Perpetuum & Temporale. fol. 31. num. 165. & seq. Concessum cum rotacione: Quamvis volvero: ex communi sententiā est temporale, quamvis & oppositum probabile sit. 166. Concessum sub conditione, qua ex se potest esse perpetua, est etiam perpetuum. 167.

Dividitur 5. In Communē & Singulare. Communi non potest privatus renounce sic singulare, si illius solitus intexit, & illius consensus requiritur. f. 31. n. 168.

Dividitur 6. In Privilegium pro foro Conscientia, & pro foro Externo. f. 31. n. 169.

Dividitur 7. In scriptum & non scriptum. Ad scriptum requiritur (si non est infirmum Juri communī) ut sit authenticum, vel Principis sigillo munatum, vel translumpsum cum subscriptione Notarii, & personæ in dignitate constituta sigillo, vel desumptum ex originali, citata parte cuius interest. f. 32. n. 423.

Dividitur 8. In concessum ad instantiam partis, & concessum motu proprio. f. 32. n. 171. Ut sit motu proprio, debet in privilegio exprimi. 172. Et latè explicandum, & omnem subreptionem excludit: & quidem probabiliter etiam tunc, quando in precedente petitione taciturnitas Veritatis interveniet. 173.

Privilegium ad instar, ad æquatè commensuratur exemplari. f. 32. n. 174. Si nullum exemplar exstat, species tamen privilegij nominaretur, adhuc valeret. 175.

Privilegium si confirmetur in forma communī, tantum significat approbatōrem, roborationem, & speciale protectionem, supposito quid existat. Quando vero confirmatur cum claufula: ex certa scientia: vel ex plenitudine potestatis, vel, inserendo tenorem privilegij, habet vim illud de novo conferendi, si aliquando verè collatum fuit, etiam si potesta fuerit amissum. Si revocatum Generali Concilio, revocationis mentio facienda esset. f. 33. n. 177.

Privilegium scripturam non requirit regulariter. f. 33. n. 178. ubi referuntur causi excepti.

Privilegium potest acceptari cum effectu antecedenter, v. g. per ipsam petitionem, quo causa actus factus ab ignoto privilegij jure concessi valeret, etiam si esset contra Jus commune. f. 33. n. 179.

Ad valorem privilegij non requiritur causa rationabilis. f. 33. n. 180. Nec etiam, ut privilegiatus sit subditus. f. 34. n. 181. ubi exemplis declaratur.

Privilégio tibi contra ius commune concessum à Principe inferiore, potes uti in alio territorio, ubi non est specialiter prohibitus actus. Si contra ius specialis tuae provincie, potes etiam uti alibi, ubi peregrini eo uti permittuntur, nisi ibi requireatur licentia Principis illius loci. f. 34. à nu. 182. ubi exemplis illustratur.

Contra aliud privilegatum privilegio speciali, non potes uti tuo privilegio generali, nisi habeat annexam clausulam derogatoriam. f. 35. nu. 168. Quodsi utrumque privilegium sit aequalē, pravaleat illud quod est antiquius, vel à fortiori Legislatore concessum. Unde privilegiatus contra fortius privilegiatum non utitur privilegio, & nunquam potest uterque esse particeps privilegiatus. n. 187.

In Privilegio censetur concessa omnia necessaria ad usum illius. f. 35. n. 188.

Privilégium quod nec est contra ius commune, nec cedit in prajudicium tertii quod jus illi quantum, est secundum proprietatem verborum amplissimè interpretandum, etiam contra privilegiantem, etiam si est Romanæ Ecclesie. f. 31. n. 189. Sechū si est contra Jus commune, vel derogans etiam Statuto aut Confutudini speciali. f. 36. n. 100. Excipe 1. Concessum in favorem causæ piaæ. 201. Excipe 2. Privilégium quod aquiparatur inferto iuri communi, ut sunt privilegia Religiosorum perpetua. 202. Excipe 3. Proprio motu, vel ex certa scientia concessum. 203. Cendens in prajudicium tertii, aut contra ius commune, tunc solum est latè interpretandum, quando alioquin est inutile. 203.

Privilégium non potest ad casus aut personas nullo modo, nec virtualiter aut aequivalenter expressas extendi ob paritatem rationis. Virtualliter autem censetur expessi, vel ex vi vocis in significatione etiam latiore recepta, & usitata, vel ex necessitate materia, eo quod alioquin non est utilis aut accommodatum moribus hominum, vel ex Juris dispositione. f. 37. n. 205. (ubi exempla) & n. 206.

Ad privilegij cessationem non sufficit cessatio solum causa impulsiva non finalis. f. 39. nu. 210. Deficiente causa finali ante plenam privilegij concessionem concessio est nulla, scilicet & dispensatio. 211.

Causa finali cessante, ita ut actus privilegij efficerit aliunde, privilegium concessum suspenditur. f. 39. nu. 214. & 216.

Quando privilegium est de causa dividua, & successiva, tunc quandoque, cessante causa finali pro aliquo tempore videatur privilegium cessare seu suspendi, quandoque non. f. 40. num. 217. & seqq. ubi declaratur exemplis.

Privilégium quod primo statim actu expletur, non cessat, etiam post factam concessionem, ante ipsum suum, cesset causa finalis. f. 41. n. 222.

Privilégium non restrictum à concedente, non expirat morte concedentis, etiam si res adhuc sit integra. f. 41. n. 226.

Privilégium tunc censetur ritè comparatum, quando Gratia censetur *Faſta*, non item si est facienda. f. 42. n. 219. Quando Gratia dicatur facta aut facienda, vide *Gratia*.

Privilégio communitatii concessio, privatus renuntiatio non potest, nisi in casibus jure expressis. f. 43. n. 241.

Renuntiatio debet carere metu injusto. f. 44. n. 242. Non repugnat mera interna renuntiatio, antecedenter acceptata. 244. Privilégio absolute concessio & acceptatio, non potest sola interna voluntate renuntiari, sed deber manifestari & acceptari. 245.

Privilégium non amittitur per non usum ob occasioñis defectum, vel ob pactum non utendi. f. 44. n. 247. Neque per non usum etiam diuturnum, si non fit ad usum restrictum. 248. Si cum gravamina alterius, potest à gravato prescribi. fol. 45. 249. nisi sit munitum clausula: *ut utaris pro tuo libitu*. 250.

Privilégium negativum abolutè concessum, neminem gravans, non amittitur actu contrario. f. 45. nu. 252. Benè tamen gravans alios potest praescribi per actus contrarios à privilegiato factos. 253. Poteſt ſufficere unus actus non retractatus. 255. & seqq.

Privilégij abusus potest fieri tripliciter. Primus est abusus formalis. Secundus occasionalis. Tertius tollendo fundamentum privilegij. f. 45. nu. 257. ubi exempla. Non amittitur tamen ipso facto privilegium, sed venit privandus. f. 46. n. 258.

Privilégium merè gratuitum cum translatione juris, non potest sine causa validè revocari. 259. Benè tamen si non est cum translatione juris. f. 46. 260. Onerosum non potest revocari sine legitima causa, & restitutione illius quod pro privilegio concessum est. 261. Remuneratorium est per se irrevocabile. 263.

Privilégium contra ius commune ab inferiore concessum, non potest validè ab eo sine causa revocari. f. 46. n. 264. Benè tamen à Supremo Principe cui subest inferior. 265.

Per clausulam: *Non obstantibus quibuscumque privilegiis contrariis*: non revocatur privilegium Corporis Juris infirmum, nec ex contractu oneroso concessum, nec habens clausulam, ut ei derogari non possit absque speciale mentione. f. 47. n. 267.

nec etiam aliquo generali Concilio concessum. 268. Clausulatum sufficiens revocatur per clausulam: *sub quaenque forma concessum*, vel: etiam specialis mentio facienda sit. 269. Corpori Juris infirmum revocatur per aliam Legem Universalem, etiam non facta mentione Juris Communis, inquit etiam per privilegium perpetuum contrarium. 270.

Extra

Extra Corpus Juris positum, nunquam revocatur posteriore privilegio, nisi prioris mentio fiat; sive utrumque sit generale sive speciali. 271. Quando solum posterius est speciali, revocatur prius generale in quantum est posteriori contrarium. 272. Nunquam revocatur tacite. 273. & seq.

Si Revocatio fiat per Legem, requiritur promulgatio &c. Si privatim, non habet prius vim Revocatio, quam innoteſcat privilegiato. fol. 47. nu. 275.

#### Tomo 5.

Causæ Majores, in signum Privilegij specialis Romanæ Sedi refervata, sunt: Fidei controversias authentice definire: Episcopos transferre, depone, renuntiationes eorum admittere: Generale Concilium congregare: Impedimenta & Irregularitates statuere, &c. f. 10. n. 40.

#### Probatio.

##### Tomo 5.

Probatio est actus Judicialis, per quem defacto aliquo, de quo in Judicio controversia est, fides Judicii fit. Vel. Est ostensio rei dubiae per legitimos modos Judicii facienda in causis apud ipsum Judicem controversis. fol. 280. n. 4. Quæ definitio, an, & quo sensu convenienter Juramento, vide. n. 8. & 9.

Probatio alia est Plena, quæ nempe Judex adstringitur ad pronuntiandum pro probante: alia Simplicia, quæ non sufficit nisi concurrentia alia, vel juramento suppletorio. fol. 282. n. 11.

Onus probandi incumbit illi, qui rem dubiam in Judicio affirmat in alterius adversarii prajudicium, nec habet pro se presumptiōnem Juris. f. 284. n. 24.

Aliquando etiam neganti incumbit onus probandi, quando nempe presumptio stat pro affirmante. fol. 285. n. 17. & seqq. ubi causis varijs referuntur, in quibus dubium esse potest, actori a reo incumbit onus probandi.

Pro exhibendis probationibus seu articulis probatoriis, debet Judex assignare competentem terminum, attinens omnibus circumstantijs. fol. 288. num. 43.

Hæc Dilatio probatoria regulariter quidem est peremptoria, ex causa tamen potest nova dari. fol. 289. n. 44. Praxis habet, ut ultra quartu non dentur. n. 45. Prorogari tamen, antequam terminus elabatur, non potest. n. 46.

Si causa absque culpa illius cui dilatio concessa est, extrahatur, ut probationes perficere non possit, redintegratur dilatio, & manet prima. fol. 289. n. 47. In Camera etiam redintegratur, & hæredit illius, qui intra termipum defunctus est, nova dilatio datur absque juramento. n. 48.

Etiam in Judicij summaris aſsignatur terminus peremptorius, & plerisque restrictior. n. 49.

Christ. Haun. Report.

Si Judex assignaret sine causa secundam dilationem, non valeret. fol. 290. n. 50. Si nimis arctasset, posset intra tempus alignatum prolongare: sed eo elapsio non posset novam dilationem dare. n. 51.

Tempus dilationum est continuum, ita ut etiam ferme computentur. n. 52.

Si terminus detur ad probandum & probatum habendum, debet probatio in termino esse absoluta. Si solum ad probandum, tunc quidem hoc non requiritur, nec tamen etiam sufficit obulisse nomina testimoni, & articulos probatorios, sed insuper requiritur, ut instet pro expedienda probatio, adversarium, testimoniæ citari faciat, copias articulorum, & instrumentorum una cum nominibus testimoni adversario exhiberi faciat, in termino testes producat. fol. 290. n. 53. & seq.

Minor adversus omniam probationem restitutur in integrum. n. 55. Adversus negligentiam Advocati tunc cliens restitueretur, si Advocatus non est solvendo. n. 56. Restitueretur autem solum quoad dies neglectos. eod.

In novo termino impetrato licet articulos augere, mutare, & plures etiam testes producere. fol. 290. n. 57.

Elapsio termino ne breve quidem tempus morz purgare licet, etiam parti adversa nil nocitum. num. 58.

Ulterior productio probationum non impeditur solum publicatione attestacionum, sed insuper requiritur, ut attestacionis descriptio producenti fuerit exhibita & communicata. fol. 291. n. 59. Sed neque sic univerſim impeditur ulterior probatio.

Nam 1. Potest ocularis inspectio admitti. 2. Judex officio potest ex aequitate admitti. 3. Reprobatis prioribus testimoniis, licet novis testimoniis priorum depositionem confitmare. 4. Quando non est timenda transubordinationis. 5. Si testes non fuissent legitimo modo recepti, possint & illi, & alij deinceps examinari. a. n. 60. usque ad 68.

In paritate probationum reus absolvendus est ab instantia, ita ut actor posse eam apud eundem judicem redintegrare, nec sententia transeat in rem judicatan. fol. 292. n. 69. In duplicitibus Judicij pro eo pronuntiatur, qui possidet. n. 70. sicut & in causis favorabilibus. eod.

Pactum de non utendo certo genere probationis, quamvis de jure sit illicitum, & contra bonos mores, juramento tamen accidente servandum est. fol. 293. n. 74.

Quando Jura dicunt, in Civilibus requiri probationes claras & liquidas, non sunt intelligentia de luce meridianâ clarioribus, ut requiruntur in capitalibus, sed qua clare & indubitanter illud præstent, quod Jura ad plenam probationem requirunt, & sufficere volunt. fol. 294. n. 7.

Z 3

Tomo 6.

Probationes imperfectæ, quarum singula non faciunt semiplenam probationem, ne quidem cumulate faciunt plenam probationem in Criminali causa. fol. 307. n. 470.

## Procurator.

Procurator falso solutionem alterius nomine accipiens, non tenetur actione furti, si postmodum is, cuius nomine accepit, exactionem & solutio nem ratam habeat. fol. 121. n. 275.

Plura de Procuratore vide, *Mandatum*.

Qui à Servitute provocat ad Libertatem, non permititur agere per Procuratorem, benè tamen qui à liberitate vocatur ad Servitutem. fol. 155. num. 380.

Filius fam. constitui potest Procuratorem in illis causis, in quibus ipse agere potest. num. 381. Ab alio tamen potest Procurator constitui. cod. Minorenii non potest ad item constitui Procuratorem in suum præjudicium. 382.

Tutores & Procuratores non nisi post item contestata possumt constitui Procuratorem. n. 383. Mater gerens tutelam ne quidem actorem constituere potest. 384.

Femina non nisi pro parentibus causâ cognita procurare possunt. n. 385.

Posunt plures unum cundemque Procuratorem ad item constitui, si non sint adverarij. n. 386.

Impeditus impedimento non perpetuo, non potest cogi ut per Procuratorem se defendat, satis est si absentia excusat, & sententia esset nulla, si Judici confitare de impedimento fecis, esset recindenda. fol. 156. n. 387. & seqq. In Camera Caufa non aliter agitantur quam per Procuratorem. n. 391.

Procurator ad item Servus esse non potest. fol. 156. n. 392. Nec Clericus in causis Laicorum. fol. 157. n. 393. Nec Miles. n. 394. Nec femina regulariter nisi in rem suam, & pro parentibus causâ cognitâ. 395. Nec accusatus de crimen. 396. Nec Minor. 25. Jure Canonico, benè tamen Jure Civili, modo non sit minor 17. an. num. 398. & seqq. quamvis uero observeat Jus Canonicum. Universim hodie Infames non admittuntur. 404. Nec denique Redemptores litium. 405.

Per constitutionem posterioris Procuratoris ad eandem causam, cencetur revocatus prior. fol. 159. n. 406. Pluribus simul constitutis in solidum, ille qui prior item contestatur, alterum excludit, alioquin simul admittendi sunt. n. 407.

In causis criminalibus capitalibus, Procurator de jure civili non nisi ad excusandum admittitur. fol. eod. n. 410. De consuetudine admittitur ad accusandum. fol. 106. n. 411. Ad defendantum admittitur in causis, in quibus poena est pecunaria. n. 414. Denique admittitur etiam Procurator in causa famosis. fol. 161. n. 418. Acta Procuratoris falsi, non potest dominus litis post latam sententiam ratificare in suum favorem, benè tam ante. fol. 162. n. 425.

Si procurator habet Mandatum dubium, potest excepti contra illum, nisi caveat, judicatum solvi. fol. 163. n. 432.

Procurator potest in Judicio duplii modo constui. 1. Quando Principalis praesens coram Judice procuratorem eligit, ejusque personam confirmat cavendo de rato. 2. Si actor vel reus literis mandati offerat Judici, & ad acta redigi curer.

Extr. Judicium procurator ad agendum constituitur vel coram Notario & testibus, vel litteris filio munitis. fol. 163. n. 435. & hi modi constituti relevant Actoris procuratorem a satisfactiōne. fol. 164. n. 436.

Procurator Rei vel eti mandatum habeat, de Judicato solvendo cavere debet, nisi Principalis malit. n. 437.

In Procuratoris mandato exprimenda nomina & cognomina constituentis, adverarij, & Judicis designanda causa litis, & actus ad quos procurator eligitur. fol. 164. n. 438.

In Mandato *speciali*, aut cum libera, non sufficeret generalitas cum addito: *etiam speciale &c.* sed faltem unus actus specificandus, qui speciale mandatum requirat. fol. eod. n. 439. ubi exempla.

Mandato inferenda est ex parte Actoris clausula de rato habendo, quidquid procurator gesserit: item annus & dies. fol. eod. n. 440.

Procurator esse ille ipse presumitur, qui mandatum exhibet. fol. 165. n. 441.

Expressis actibus litis contestationem requirentibus, semper subintelligitur eam esse mandatam. num. 442.

Procuratoris mandatum non expirat morte mandantis, si iste satisdedit judicatum solvi, quia res non est amplius integræ. fol. 165. n. 444. Potest tamen ex quibusdam causis Procurator mutari & revocari. n. 449.

Solvitur etiam mandatum renuntiatione, & quidem ex certis causis etiam post item contestata, nec requiritur consensus adversarij. fol. 166. n. 450. & seqq. ubi vide praxi Camera.

Appellationem interpositam tenetur Jure Civili: prius Procurator, non item Jure Canonico, & hoc videtur in praxi observari. fol. 166. n. 454. & seqq. Tenetur etiam in causa Reconvencionis dominum defendere. fol. 167. n. 458.

De Syndico, vide in proprio loco, *Syndicus*.  
De Defensore, vide, *Defensor*.

De Satisfactione Procuratoris, vide, *Satisfactione*.

Præsumitur habere mandatum ad lites, 1. qui agit præsente nec contradicente principali. 2. qui facit actum præjudicantem, v.g. solvit pro alterius debito. 3. in quem lata est sententia tanquam in procuratorem. 4. quando publicus officialis aliquid scripsit ad meam utilitatem. 5. quando agitur de modico. 6. quando in antiquo instrumento legitur mandatum. fol. 405. n. 689. 7. Exhibens scripturas crediti ad obtinendam solutionem, & probans sibi esse traditas. n. 690.

Exhibens Mandatum præsumitur esse ille, qui in mandato nominatur. n. 691.

Mandatum tamdiu præsumitur non revocatum, quandom non apparent revocationis conjecturæ. fol. 405. n. 692. ubi referuntur.

Procurator accusatoris vel accusati quando admittitur, vide, *Accusatio*.

Prodigi, postquam ei bonis interdictum est, Testamentum non valet. fol. 50. n. 226. Prius tam factum sustinetur, cod. & fol. 53. n. 242.

Neque pro testamento valore sufficeret, si nulla prodigalitas appararet in testamento, sicut nec in pupilo sufficit, quod malitia suppleat atatem. Valeret tamen, si à Principe restitutus esset, etiam retentis Curatoribus, quippe qui non ad valorem actus, sed ad securius agendum adjuncti censerentur. fol. 53. n. 243.

Prodigi, postquam ei bonis interdictum est, Testamentum non valet. fol. 50. n. 226. Prius tam factum sustinetur, cod. & fol. 53. n. 242.

Neque pro testamento valore sufficeret, si nulla prodigalitas appararet in testamento, sicut nec in pupilo sufficit, quod malitia suppleat atatem. Valeret tamen, si à Principe restitutus esset, etiam retentis Curatoribus, quippe qui non ad valorem actus, sed ad securius agendum adjuncti censerentur. fol. 53. n. 243.

Prodigi datur bonorum administrator, qui fit, ut sine hujus auctoritate non possit validè contrahere, nec obligari alteri, sed benè alium sibi obligare. fol. 52. n. 186.

Prodigorum inhabilitas non inducitur ipso Jure & facto, supponit etiam notorietas prodigalitatis, sed requirit Decretum Judicis declaratorium, fol. eod. n. 187.

Qui proditionem malitiosam facit, secundum consuetudinem in 4. partes secundas. si femina, submergenda. Immunis est, qui criminosos defert ad Magistratum, à quo ad explorandum definiuntur est. Filii proditorum sunt incapaces successionis est. Proditor est intefabilis. fol. 182. num. 535.

Professi in Religione incapacitas Dominij, & capacitas quasi dominij, vide, *Religio*, *Religio/i*.

Professus quibus debeat assignare legitimam, vide ibid.

Projecti, &amp; Protecti Servitus.

Est Jus proponendi adificium extra parietes, ut non quietcat in alieno. Ejus species est Protectum, nempe protensio Teuti ad arcendam plurimam à parietibus, vel ad defendendas fencas à nimio lumine. Vocanturque *Sugrundia*. fol. 247. num. 462.

Promissio superaddit Pollicitationi Acceptationem, cui si verborum solennitas legitima accedat, dicitur *Stipulatio*. fol. 64. n. 1.

Promissio est actus obligativus ex Justitia commutativa, liber, ad aliquid alteri præstandum seu faciendum, vel omittendum ex ipsis arbitrio, & si differt à mere proposito, cod.

Actus Promissorij objectum male assignatur Res ipsa, ad quam se obligat, nec etiam bene assignatur ipsa obligatio formalis, cum hæc sit ipse actus promissorius. fol. 65. n. 2.

Ut objectum promissione sine virtuoso circulo explicetur, dicendum est, quod promittens velit, quantum in se est, oppotuit rei promissa sibi esse illicitum, displicetque supremo legislatori eo generi displicantia, quo displicant ea quæ ex intrinseca ratione repugnant Justitia. fol. cod. n. 3.

Ad inducendum obligationem, non requiritur statuta libertas, quæ excludat vehementem animi affectum, dummodo maneat libertas sufficiens ad graviter peccandum. fol. cod. n. 5. & seqq. Semiplena advertentia & semideliberatio non sufficit ad valorem contractus & obligationis, nequidem si materia sit levis, sed requiritur plena. fol. 66. num. 9.

Non solum Jure positivo, sed etiam Jure naturæ spectato, actus mere Internus est Insufficiens ad inducendum obligationem. fol. 67. num. 10. & seqq. etiam voluntas interna sufficit aliquo signo extero expressa, v.g. scriptura, quæ tamen nemini innotuerit, adhuc voluntas maneat interna, & posset semper absque iniustitia revocari, quia adhuc subest pleno dominio sui suppositi. fol. 69. num. 116.

Ut promissio exterius manifestata obliget, requiritur Jure naturæ acceptatio promissarij: fatus tam est, si alius eius nomine vel suitoritate accepterit. Unde & ipse Magistratus potest hujusmodi promissionem privata subaldo factam acceptare, supplingo ejus voluntatem etiam ignorantis, si ita expedire videbitur. fol. 70. n. 119. Unde promittere potest ante acceptationem resilire. Quodsi Lex refutacioni refixerit, promissarius solum acquireret jus, ut alter exspectet, donec delibererit, an velit acceptare. cod. & seqq.